Pyrrhocorax, quaſi Corvus ruber, nomen *Avis*, ad Graculos pertinentis: vid. *Aldrov.* lib. 12. O. cap. 8.

Pythium, Biarchetunſim, eſt Ceruſſa. ♁. Germ. Bleyweiß. *Mart. Ruland.*

Python, vel *Pythius Draco*, dicitur Serpens acutiviſûs, Oculis magnis, & tripli-ci dentium ordine prædiտus; Deſcriptio habetur apud *Aldrov.* lib. 2. Hiſt. Dracon. & Serpent. cap. 3.

Pythonium, Typhonium, Mania, vid. Rad. Hyoſcyami. Germ. Bilſam Wurtzel.

Pyxynon, Puxeum, nomen Collyrii, apud *Celſ.* lib. 6. cap. 6 N. *Gorr.*

Pyxis, propriè & ſtrictè Vaſculum, quo aliquid aſſervatur, è Buxo paratum ſignificat: ſed hodieque communiter accipitur pro quovis, ex quacunq; materia parato Vaſculo. Qualia variæ formæ, & è varia materia parata, requiruntur in Pharmacevticis: Ligneæ Pyxides, Fictiles, Lapideæ, Æneæ, Plumbeæ, Stanneæ, Vitreæ. *Weck.* lib. 4. cap. 13.

Q.

Q.E. eſt Quinta Eſſentia. Germ. Quint-Eſſentz / oder das Subtileſte von einem jeden Ding. *Sign.* q ee, 4~, QE, V, ⅌, ⅌

Q. *pl.* ità à Medicis præſcriptum, ſeu alias notatum, legendum eſt, Quantum placet.

Q. *ſ.* hoc eſt, Quantum ſatis, ſeu Quantum ſufficit. Germ. So viel als genug.

Q. *v.* id eſt, Quantum vis, ſeu Quantum volueris. Germ. So viel man will.

Quadrageſima, Cybelia, Daſypodia, vid. Flores Violarum. Germ. Violen-Blumen.

Quadrangulum, Latinè Tetragonum, Secretum Sapientum, ſivè Spagyricum. vid. *Theatr. Chym.* Vol. IV. pag. 609.

Quadrans, dicitur Quarta Pars Libræ, apud Medicos eſt Pondus Trium Unciarum ℥iij. vel Quadrans Libræ Medicinalis, ſeu Romanæ. *Galen.* lib. 3. de C. M. P. G. cap. 5.

Qualitas, Chymici Qualitates Nitroſas, Sulphureas, Mercuriales, Aluminoſas, excogitarunt, fortaſſis ad Uſum magis facientes, quàm Philoſophorum Commentitiæ Primæ, Secundæ &c. *Lex. Br.*

Quandros, Lapis eſt, ſeu Gemma, quæ reperitur in Cerebro & Capite Vulturis, Coloris candidi: quæ replet Mammillas Lacte & contra nocivos caſus valere dicitur. *Mart. Rul. & Johnſ.*

Quanli, id eſt Plumbum ♄. Germ. Bley. *Mart.* Rul. *& Johnſ.*

Quantitas, in Præparatione Lapidis Philoſophici, Quantitas △nis, probè obſervanda. *Th. Chym.* pag. 189.

Quaquila, vel *Quisquila*, idem quod Coturnix. *Aldrov.* lib. 13. cap. 22.

Quars, eſt Petra Fellis, *Mart. Rul. & Johnſ.*

Quartarium, idem quod Quadrans, vel ℥iij. oder Germ. Sechs Loth.

Quartarius, Quarta, vel potius Dimidia Pars Heminæ, eſt Menſuræ nomen liquidorum, Vini continens Uncias quinque, ℥v. Olei Uncias $4\frac{1}{2}$ ℥ivß, Mellis Uncias Sex & Drachmas Sex ℥vj. & ʒvi. *Galen.* de Ponder. & Menſur. vel potius *Dioſcorid.* in addit.

Quartatio, eſt Separatio ☉ri & ☽ti invicem commiſtorum, quæ ideò dicta Quartatio, quod Miſturæ ex ☉ro & ☽to tantum ſit addendum Argenti, ut hujus Tres Partes ſint ad illius Unam, fiantque omnino Quatuor. *Mart. Rul. & Johnſonus.*

Quartio, dicitur Talus, ſive Aſtragalus, Germ. Knoden / das Ferſen-Bein / auch der Sprung / als Leporinus. Germ. Der Haſen-Sprung.

Quartura, idem quod Quartatio, ſummum ☉ri Examen, quo ☽ti partes novem ad unam ☉ri commiſcentur liquatione per △em. Deinceps ▽ Stygiâ vel

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193453-p0319-4

Aqua forti reſolvantur ambo ſimul. Argentum totum in Aquam confluit, Aurô ſolô ſubſidente Pulveris inſtar, ſpodicei nigricantisque coloris. *Mart. Rul. & Johnſ.*

Quaternarius, eſt & Numerus myſticus Spagyricorum, *Th. Chym.* Vol. I. pag. 547. & Vol II. pag. 210. & 211.

Quatrio, idem quod Talus. *Barthol.* Libello 4. de Oſſibus cap. 21.

Quatuor Aquæ Pleuriticæ, ſunt Aqua Card. Benedicti, Card. Mariæ, Scabioſæ & Taraxaci vid Herbæ.

Quatuor Flores Cordiales, ſunt Flores Borraginis, Bugloſſi, Roſarum, Violarum, vid. Flores.

Quatuor Naturæ Eſſentialium miſtorum, ſunt: Terra Virgo, Liquor aqueus, Oleum terreum, vel Spiritus, Ignis Cœleſtis vel aſtralis *Th. Chym.* Vol. I. pag. 193.

Quatuor Semina calida majora, ſunt Sem. Aniſi, Carvi, Cumini & Fæniculi, vid. Semina.

Quatuor Semina calida minora, ſunt Sem. Ammeos, Amomi, Apii, Dauci. vid. Semina.

Quatuor Semina frigida majora, ſunt Sem. Citrulli, Cucumeris, Cucurbitæ, & Melonum, vid. Semina.

Quatuor Semina frigida minora, ſunt Sem. Endiviæ, Lactucæ, Portulacæ & Scariolæ, vid. Semina.

Quatuor Unguenta calida, ſunt Unguent. Agrippæ, Altheæ, Aregon, Martiaton.

Quatuor Unguenta frigida, ſunt Ungvent. Album camphoratum, Infrigidans, *Gal.* Populeum, & Roſatum.

Quebricum, alii volunt eſſe Arſenicum o--o, alii Sulphur. *Mart. Rul.*

Quebrith, Quibrith, eſt Sulphur. 🜍. Germ. Schwefel. *Mart. Rul.*

Quellem, dicitur Terra Originalis, Sabulum, ad quod Ligo nunquam penetrat. *Helmont.* Tr. ▽ n. 45. Terra Elementalis, futura Baſis Hominis. idem, ibidem.

Quelles, id eſt Elixir. *Theatr. Chym.* Vol. V. pag. 455.

Quercinus, Qernus, quod vel in Quercu occurrit, vel è Quercu naſcitur. Ità Viſcus Quernus, vel Quercinus vocatur, qui in Officinis potiſſimum in uſu eſt, & à *Paracelſo* laudatur. vid. Viſcus.

Quercula Calamandrina, & minor, eſt Chamædrys. vid. Herbas.

Quercula peregrina, Botrys, Germ. Trauben-Kraut/ vid. Herbas.

Quercus. Germ. Ein Eichbaum. vid. Lignum Quercinum.

Querquedula, nomen Anatis ſylveſtris, cujus varias ſpecies deſcripſit *Aldrov.* lib. 19. Ornith. cap. 30. ſeq.

Quianos, id eſt Vena Terræ. Cuperoſum *Mart. Rul & Johnſ.*

Quid pro *quo*, aliàs Succedaneum, dicitur & Antiballomenon. Eſt quando Medicamentum unius Indolis & Qualitatis pro altero ſubſtituitur; hoc tamen, non niſi Medicorum Conſenſu faciendum. Germ. Eins vor das andere zu nehmen.

Quinquefolium, vid. Pentaphyllon. Germ. Fünff Finger-Kraut / vid. Herb.

Quinque Fragmenta Lapidum pretioſorum, ſunt Granati, Hyacinthi, Sardæ ſeu Carneoli, Saphyri & Smaragdi. vid. Lapides.

Quinque Genera Myrobalanorum, ſunt Myrobalani Bellirici, Chebuli ſeu Cepuli, Citrini ſeu flavi, Emblici, Indi ſeu nigri.

Quinque Herbæ capillares, ſunt Adiantum album ſeu Ruta muraria, Adiantum nigrum ſeu Capillus Veneris, Aſplenium ſeu Ceterach, Polytrichon aureum, & Trichomanes, vid. Herbas.

Quinque Herbæ Emollientes, ſunt Herba Altheæ, Malvæ, Mercurialis, Parietariæ, & Violariæ Quidam Atriplicem, Betam & Brancam Urſinam adſcribunt, vid. Herbas.

Quinquenervia, vid. Herb. Rad. & Sem. Plantaginis minoris.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193453-p0320-5

Quinque Radices Aperientes majores, ſunt Radic. Apii, Aſparagi, Fæniculi, Petroſelini & Ruſci. vid. Radices.

Quinque Radices *Aperientes minores*, ſunt Rad. Cappari, Eryngii, Graminis, Ononidis, Rubiæ. vid. Radices.

Quinta, uſitatiſſimus Terminus Chymicis; dum Quintæ Eſſentiæ mentionem frequentiſſimè faciunt. vid. Eſſent. Quint, vel Quint. Eſſent.

Quisquila, idem quod Quaquila, vid. Quaquila.

Quisquilium, vid. Chermes, ſeu Kermes. Germ. Kermes-Beer.

Quinta Eſſentia, vid. Eſſentia Quinta.

Quintam Eſſentiam Vini, *Lullius* Mercurium Vegetabilem nominat, alii Aquam primi Entis, Cœlum & Clavem Philoſophorum.

Quomodo, Qualitatem quandam Rerum, quæ Doctrinâ traduntur, ſignificat. *Galen*. cap. 1. de iis, q. in Med. f. t. 6.

Quovis, videatur Fungus Chyrurgorum.

R.

RItà ſimpliciter apud Medicos eſt idem ac ſi diceres Recipe. ℞ Quod Signum Jovis Inſigne quoque fert, quaſi Medici Deum prius invocarent, & notatur ♃.

Raari, eſt Sal Armoniacum. ✱. Germ. Salmiak. *Johnſ. Lexic.* 2. fol. 7.

Rabeboja, ſunt Radices Flammulæ majoris, Germ. Die Wurtzel von groſſen Hanen-Fuß. *Mart. Rul. & Johnſon.* Apud *Dornium* legitur Rebeboja. *Lex. Brun.*

Rabiel, Robel & Roliel, eſt Sanguis Draconis, *Mart.* Rul. *& Johnſonus.*

Rabira, Radira, Roſar & *Raſtis*, eſt Stannum. ♃. Germ. Zinn. *Mart.* *Rul.* & *Johnſon.*

Rabric, Scorit, Reſina Terræ, eſt Sulphur. 🜍. *Germ.* Schwefel.

Racbi, Race, & *Racho*, id eſt Mercurius ☿. *Mart.* Rul. *& Johnſ.*

Racri, Raan, Raari, Ranac, eſt Sal Armoniacum ✱ *Mart.* *Rul. & Johnſ.*

Rad. ità à Medicis præſcriptum, ſeu aliàs notatum, legendum eſt Radices.

Radicalis, idem, quod Innatus, vel Inſitus. *Paracelſus*, lib. 2. de Morbis Metallifodinarum, cap. 5.

Radicatio, vocatur Principium Plantarum, quando incipiunt progerminare; *Galen*. lib. 6. de *Hippocr*. & *Plater*. Decr. cap. 3.

Radicula Herba, eſt Lavaria Saponarina. Germ. Seyffen-Kraut. vid. Herbas.

Radicula magna Ruſticaria, vid. Rad. Raphani Marini. Germ. Meer-Rettig.

Radicula ſativa, vid. Rad. ſeu Sem. Raphani.

Radius, eſt Vocabulum multæ Significationis. Propriè notat Luminis Solaris aut Lunaris expanſionem ad diſtans. *Mart.* Ruland. In Spagyricis Radii quoque per ſimilitudinem, attribuuntur Planetis Mineralibus, præſertim Soli & Lunæ, hoc eſt Auro & Argento. &c.

Radix, etiam valdè Æquivocum eſt. Propria ſignificatio è Phyſicis & Botanicis nota; quarum Uſus frequens eſt, & in Victu & in Uſu Pharmaceutico. vid. *Jul. Alex.*

Radix, eſt infima Pars Plantæ, Terræ infixa. Germ. Eine Wurtzel.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193453-p0321-1 DFG